

num Librarius abstinerit, non liquet.

LV.

R. 1716 Codex membraneus lat. Sec.

XII. Folior. 186. 8. maj. egregie scriptus, Iconismis XI. Literis florulentis, aliisque ornamentis pro aevi gustu deauratis et picturatis speciosus, olim *Bibliothecae Civicae Vindob.* est *Psalterium Davidicum* cum *Canticis Biblicis* et aliis adnexis, quae edisseram. Initium dat *Calendarium* intra porticus, ut ita dicam, ad modum *Canonum Evangelicorum Eusebii* venuste scriptum, deturpatum vero infarctis a recentiore, imperitaeque manu variis SS. nominibus, id, quod etiam communi fatis Codicum fato, quibus possessorum stupor non pepercit, marginibus ipsius *Psalterii* factum esse dolenter refero. Porticus cujusvis Mensis post *Idus* nova fornice intercepta est, cui semper adpingitur Zodiaci signum. Nomina Sanctorum a prima manu rara. Mala fide cum hoc *Calendario* actum esse, disce. Quod ad 3. *Martii* et ad 4. *Dec.* minio scriptum fuerat, erasum est. Ad illam notabatur *Ordinatio*, ad hanc *Festum S. Annonis* Archiep. *Colonienfis*, ut vel vestigia docent. Plausit sibi Veterator, quisquis ille fuit, de erepto jam Dioecesi *Colonienfi* hoc *Psalterio*. Sed fefellit ineptum ad 29. *Apr.* *Translatio Sancti Annonis* nitide miniata, duplex quidem; primo enim ad Monasterium *Siegebergense* sibi in vita carissimum, deinde ad splen-

didiolem capsam *Corpus* translatum est. Neque profuit illi ad 23. *Oct.* atramento inductus *Severinus* pariter *Colon.* Archiepiscopus; nam minium clare transparet. Sunt et plures rasurae, sed quas jam examinare necesse non est, cum etiam *Servatius*, et *Gereon* literis faltem alternis miniatis et majusculis Dioecesi *Colon.* deposcant. Dioecesi dico, non Urbem; nam *Festum undecim milium virginum* atramento tantum descriptum est. Cum porro et *Festum*, et *Translatio S. Benedicti Abb.* minio gaudeat, *Psalterium* nostrum praedito Monasterio *Siegeberg.* adferre haud dubitem. Iconismorum jam *Calendario* succedentium I. Virginem ab Angelo salutatam, II. Praesepe Domini, III. Adorantes Magos, IV. Ascensionem Christi, V. Eundem cum libro sedentem, Symbolis Evangelistarum circumdatum, VI. *Petrum* et *Paulum* exhibet. In VII. sistuntur duo S. Heroes armati, quorum alterutrum S. *Mauritium Siegebergae* Tutelarem esse mihi persuadeo; neque enim inscriptiones habent, ut alii; in VIII. SS. *Anno* et *Nicolaus*, in IX. denique SS. *Agnes* et *Catharina*. Icon X. fortasse D. *Johannem Chrysost.* referens vifitur post *Psalum* 50. et XI. *David* citharam increpans post *Pf.* 100. *Psalmi* I. litera incipiens B splendide picta totam occupat paginam, et in ipsum *Psalum* literis quadratis scriptum 3. paginae auro, argento et coloribus alternis fasciatae insumuntur. *Fol.* 153. ordiuntur *Cantica Biblica. Hymnum*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1879

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

77

HIEROGRAPHICI.

78

num trium Puerorum excipit Ambrosianus, tum Canticum Zachariae, et dissimulato Magnificat et Nunc dimittis statim Symbolum Athanasii, quod inscribitur Fides Catholica. Abhinc Litaniae OO. SS. quae unica oratione clauduntur, in qua Deo commendantur abbates nostri seu omnes congregationes illis commissae. Aderant deinceps, ut conjicio, Officium de B. V. M. et pro Defunctis, sed haec relicta sola deaurata Litera, cui inscriptum: Domine labia mea aperies, studiose abrafa sunt, relicto solo posterioris Officii fine. Cur ita? Αδελον.

LVI.

R. 2012 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 185. 8. luculente et bene perscriptus, minioque distinctus Psalterium Davidicum est ex usu Ecclesiae adhaerentibus, uti solent, nullo ordine Canticis Biblicis, Hymno Ambrosii. Symbolo Apost. Oratione Dom. et Fide Athanasii, denique Litiis OO. SS. quarum tamen non nisi Initium superest, toto Codice non optime habito.

LVII.

R. 3037 Codex membraneus lat. germ. Sec. XIII. Folior. 186. f. per duas columnas caractere graeci elegantior exaratus, coloribus ornatus, et olim Monasterij S. Dorothee virginis Vienne, Psalterium Davidicum est versiculatim latinum et germanicum. En Psalmum I.

versionis Specimen. Der selich man, der engie nicht nach der ubelen rat. noch entstund an der sunder wegen. vnd ist auf des sterben sessel nicht gessessen. Sunder an der e des herren was sein willen. vnd an sein e gedacht er nacht vnd tage. Vnd wirt als daz holze, daz gepblanzet ist bei der wasser lauf. daz sein wucher gibt ze seiner zeit. Vnd sein blat verfluzet nicht, vnd alleu sein werch ergent wol. Nicht so die ubelen nicht so! sunder als der staub, den der Wint ab der erde wet. Dar vmb erstent die vbeln in dem gericht nicht, noch die sunder in der rechten rat. Wand der herre erbennet der rechten weg, vnd der vbeln phat veruert. Psalmo II. singularia sunt: fremuerunt vndultent, in margine grisgrament. Gentes die Diet. Subfannabit eos wirt seu reitzent. In furore unsitlich. Terminos terrae deu gemerch der erde. In virga ferrea mit der ysinen gerte. Vas figuli das uaz der bauener. Exultate ei cum tremore. Seit im fro bibend. Interpretem non satis latine doctum fuisse produnt ultima: Cum exarserit in breui ira ejus, So er enbrinnet an seinem churcem zorn. &c. Fol. 168. p. 2. sequuntur Cantica biblica, Hymnus Ambrosianus, Fides Athanasiana et Litaniae OO. SS. in quibus multi in Germania culti invocantur; Rupertus tamen et Virgilius abest. Plurima ex hoc Codice Glossemata legi posse, non est, quod moneam. Ita chapphen (gaffen) suspicere; bonchustig dolosus, Ufrunst ortus folis, Sedelganch Occasus, quod